

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St. Märgen 1

[Straßburg?], [um 1720]

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161021)

Loco autem Verbi Impersonalis Passivi, quod Germani per *man* / Itali per *si*, Galli per *on*, *l'on*, Poloni per *a* / *ano* / reddunt, Turcæ adhibent tertiam pluralem activam, ferè, ut Poloni, & non rarò Itali, v. g. *دیرلر dirler*. Dicunt, aiunt, dicitur. *Man sagt*. *Si dice*, *dicono*. On dit, l'on dit. *Powiadają*. *دیرلردی dirlerdy*. Ajebant, dicebatur. *Man sagte*. *Si diceua*, *diceuano*. On disoit. *Powiadano*. Sic *گیدلر giderler*. Eunt, itur. *Man geht*. *Si va*. L'on va. *Ida* / *idzie się* / *ic*. Aut certè id reddunt per tertiam singularem passivam, ut *دینور dinür*. Dicitur. *Man sagt* / *ic*. *گیدیلر gidilür*. Itur. *Man geht*. *Si va*, &c.



GRAMMATICÆ TURCICÆ

P A R S Q U I N T A

De Reliquis partibus Orationis.

DE Participio nihil restat dicendum; quòd enim Participia sint nomina Adjectiva in constructione indeclinabilia, extrà autem & cum affixis declinabilia, tum quid significent, aut quomodo adhibeantur, jam satis fusè in præcedentibus explicatum. Quare sit

C A P U T P R I M U M

De Adverbio.

DE Adverbio, ut parte orationis distinctâ, nulla apud Turcas, Arabes, Persas mentio. Adverbia enim nostra qualitatis, quantitatis, loci, temporis & alia referunt ad nomina, quippe quæ sunt declinabilia. Reliqua autem adscribunt particulis quas vocant *الحروف elhurûfû*, seu in singulari *الحرف elherf*, ut *pec.* dicuntur Præpositiones, Conjunctiones, & Interjectiones, de quibus infra. Hic autem per nostrorum Adverbiorum classes discurremus tantisper, & quomodo nostris linguis Orientalibus exprimentur examinabimus.

Adverbia qualitatis.

Pro adverbiiis qualitatis sæpe ponunt Turcæ cum Persis mera adjectiva, uti *گوزل güzel* . *خوب chüb* p. Pulcher & pulchrè, bellè & bene. Sic *ایو eju* . *خوش choş* p. Bonus, & bene, *فنا fena* vel *کم kem* . *بد bed* p. Malus & malè, *طوغری doghry* . *راست rāst* p. Rectus & rectè: & in diminutivis & comparativis eadem est ratio quæ adjectivorum, *کوزلجه küzelge*, *خوبچه chubçe*, bellulus & bellulè, pulchellus & pulchellè, & perpulchrè, & pulchriusculè, sic *خوشچه choşçe*, *بر خوشچه bir choşçe*, benulè, perbene & meliusculè, *طوغروجه doghryge*, rectulè, rectè, rectiusculè. Sic dicitur *اکری اکری egri otur doghry sölje*, obliquè sedeadas, rectè loquaris. Aut ea circumscribunt per nomina abstracta addita præpositione *ایله ile*, aut aliquando *اوزه uzre*, ut *دلیلک ایله vel دلیلکله deliligile*, stultè, q. cum stultitia, *دوستلق اوزره dostlyk üzre*, amicè, q. juxta amicitiam. Sic *ایله عظمت ezamet ile*, magnificè, cum magnificentia, *ری-نیت ایله ry-niet ile*, *اکرام بیر ایله ikrām bir ile*, honorificè, cum honore & observantia. Utuntur etiam certis nominibus & participiis Arabicis adverbialiter positis seu in Accusativo in *en*, ut *خصوصاً chufusen*, quod & *خصوصاً chufusā*, particulariter, specialiter, præsertim, *اصلاً aslen*, *vel usit.* *اصلاً aslā*, *قطعاً kat-en*, *vel kat-ā*, *vel simul* *اصلاً و قطعاً aslā we kat-ā*, planè, cum negatione nullo penitus modo. Sic *غالباً ghāliben*, seu *usit.* *غالباً ghālibā*, potissimum, à potiori, omnino, probabilissimè. Dicunt præterea cum Arabibus *سما و طاعة sem-en we tā-eten*, libentissimè q. audiendo & obediendo, *ری-نیت ry-njeten*, honorificè, honoris causa, observantia ergo, *constr. cum dat. persona*